



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Medvlla Theologiæ Moralis**

**Busenbaum, Hermann**

**Monasterii Westphaliæ**

Celsissimo Ac Reverendissimo Principi & Domino, D. Christophoro  
Bernardo, Electo & Confirmato Episcopo Monasteriensi, Administratori  
Corbejensi, Burggravio Strombergensi, S. R. Imp. Principi, & ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40957**




CELSISSIMO AC REVEREN-  
dissimo Principi & Domino,

**D. CHRISTO-  
PHORO BERNARDO,**

Electo & Confirmato Episcopo  
MONASTERIENSI,  
Administratori Corbejensi, Burg-  
gravio Strombergenſi, S. R. Imp.  
Principi, & Domino in Bor-  
ckelo, &c.

Principi meo clementissimo.

*Celſiſſime Princeps, Domine  
Clementiſſime, &c.*

 Mbiunt quidem ha-  
ctenus Typographorum  
præla, & officinæ in vul-  
gandâ toti orbi rerum à  
*Celſitudine Veſtra* hæctenus præclare  
geſtarum gloriâ aliquando occupa-  
ri,

).( 3 ri,

DEDICATIO.

ri, & Celsissimum Nomen, tot ha-  
ctenus illustratum heroicis facino-  
ribus, velut ingentem hujus sæculi  
paginam cum eo, quo possunt, hu-  
manæ immortalitatis dono, ad po-  
steros latè omnes transmitters; sed  
cum id fieri hucusque *Celsitudinis*  
*Vestra* modestia non finat, dabit sal-  
tem id veniæ, ut liceat alienis ope-  
ribus ab ejusdem gratiosissimi no-  
minis umbrâ lucem accerlere, &  
splenderem mutuari. Ego sanè mo-  
dò id audeo, & *Medullam Theologiae*  
*moralis* novis denuo typis excu-  
sam, orbi penè toti jam notam &  
gratam, à *Celsitudinis Vestra* notissi-  
mo, gratiosissimoque nomine, no-  
tiorè & gratiorè reddere eni-  
tor, ut liber ille, in quo recudendo  
certant omnes propè hæctenus Eu-  
ropæ provinciæ, & typi complures  
teruntur, tantò magis inclarescat,  
quò clarius est nomen, sub cujus au-  
spi-

DEDICATIO.

spiciis prodit in lucem. Et verò cu-  
jus ego clementissimo favori, & pa-  
trocinio malim hunc librum com-  
mittere, quam *Celsitudinis Vestrae* ?  
quæ ita doctrinam hujus *Medulle*  
fovet ac promovet, ut in eâ, quam  
gerit capacissimo pectore, & am-  
plissimo animo, cum S. Paulo Apo-  
stolo, *sollicitudine omnium Ecclesia-*  
*cum, præter ea, quæ extrinsecus sunt in-*  
*stantia sua quotidiana,* 2. Cor. II v. 28.  
hoc unum satagat, ut hujus doctri-  
næ peritus, & *Medullam Theologiæ*  
*moralis* accuratè complexos animo-  
rum curæ præficiat, hoc unum suis  
demandet quod proponebat Chri-  
stianorum synodo Jerosolymis olim  
Petrus Act. 6. v. 3. *Considerate fratres*  
*viros ex vobis boni testimonii, plenos*  
*Spiritu Sancto & sapientiâ, quos consti-*  
*tuamus super hoc opus.* Plenos sapien-  
tiâ qui probè didicerint & sciant,  
quæ pertinent ad implendam tan-

DEDICATIO.

ti officii mensuram. Atque in hunc finem *Celsitudo Vestra* tempus publicis patriæ negotiis haud gravatè subducit iis horis, quibus ii Theologiæ moralis dant specimen, qui prensant sacrorum ordinum ministeria, ut coram arbitretur quid sciant, magno Dei obsequio, majori patriæ commodo, maximo Candidatorum ad sedulum Theologiæ studium incitamento. Facit mihi sanè hoc animos, ut sperem recusatam novis typis meam tantò benignius & clementius, à *Celsitudine Vestra* approbandam & acceptandam, quò plurimum illa usibus, ad hanc Celsitudinis Vestræ intentionem, adminiculante exigua meâ oppellâ in posterum deserviet. Faxit DEUS, ut cedat, qui à me impensus est labor, in magnam ejus gloriam & plurium animarum salu-

DEDICATIO.

lutem. Idem Opt. Max. Celsitudinem Vestram diu servet patriæ bono superstitem.

*Ita voveo ac opto*

Monasterii Westphaliæ, die 4.

Aprilis 1670.

Reverendissimæ Celsitudinis Vestræ

*Obsequenissimus Servus*

Theodorus Raesfeldt  
Typographus.

;) ( 5

Ap-